



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

42. Urbs ex alterâ etiam parte oppugnari cæpta. Batavis se moventibus.
Compositio urgentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

Hæc eadem, ut nihil non serium videretur, ab ipso Electoris Moguntini Legato, qui per eos dies cum authoritate interponendi missus haud procul ab Urbe erat, Civium delegati coram audiêrunt. Is sub initium vehementius in Civitatem in-
 vectus, quæ postposito non solum Principis sui, sed & DEI honore, ipsâque religione Catholicâ majore (nescius) pertinaciâ, an levitate templa, scholas, sacra ipsa cum fœdere Hollandis obtulisset; postquam à Consule *Timmerscheidio* contra asserente de religione ne quidem cogitatum esse, ac fœdus ipsum Hanseaticæ societati permissum, nullâ Imperij lege reprobari, longâ oratione didicisset, mitior factus, ut præsidium admitteret Civitas, cederetque Principi tesseram militarem, consultandi tempus dedit.

Jamque advenerant plures à Confœderatis copiarum auxiliares cum majore bello apparatu. Et quia peritiores dudum suaserant, si quidem captam Urbem vellet Princeps, oportere pluribus eam, & quibus potissimum habitetur locis oppugnari, ex alterâ nunc etiam Civitatis parte adversus portam *Horstianam* castra posuerunt. His impositus est *Lucas Spickius* Moguntinensis militiæ Dux. Id nonnulli vel eò consultiùs jam pridem judicârunt, quod inter hunc & *Golsteinium* copiarum Neoburgici

1657.

Moguntinus ad Urbem Legatum mittit.

42.

Urbs ex alterâ etiam parte oppugnari capta.

Duce Spickio.

gici

1657.

gici Ducem, ab ipso statim obsidionis initio, haud satis convenitet. Ægrius quippè habebat *Spickium*, quod Princeps *Golsteinio* uteretur familiarius, cùmque in re gerendâ passim sibi præhaberet. Sed metati jam Castra molendinum, quod erat Nobilium de *Bischoping*, admoto sub noctem igne exurunt, ut molario colli tormenta, mortariâque imponant. Ex his deinceps in valla, templa, domos fervore ac fragore immani vibratum est. Alteram quôque ad S. Mauritij, juxtâ primum viæ divortium, munitionem erexere, & observandæ isthic portæ, & tormentis pariter sustinendis aptam.

*Batavis
se mo-
venti-
bus.*

Dum verò è suggestibus, vallis, propugnaculis, turribus citra sacrorum, profanorûnque discrimen magno utrinque machinarum furore debacchantur, isthinc subindè flammæ excitant, hinc restinguunt, actos inter cuniculos, irruptiones, velitationes, occidunt, occidunturque, solo vulnerum, cædium, calamitatum incremento, movere se Batavi nunciantur.

*Compo-
sitio a
Nobili-
bus ur-
getur.*

Princeps isthic motibus Hollandorum, hic potiundæ Urbi intentus, operâ Nobilitatis, majore nunc curâ compositionem urget, ut in quas Urbs ante descenderet conditiones, eas prudenter ipse, si forsan à Batavis premeretur, posthabitâ eorum authoritate statim amplecti posset.

Able-

1657.

Ablegaverant Confœderati Belgij Ordines è gremio suo *Henricum de Capelle* Consulem Zutphanientem, *Abrahamum de Beveren* Ex-Consulem Dordracenum, *Rudolphum de Langen* Consulem Campanensem, quibus è Concilio suo adjunxerant *Jacobum ab Hoge*. Jámque Zutphaniam ingressi, misso Tubicine adventum Principi significarânt. Is toto obfidionis tempore in Castro *Broeck* moratus, quam primum appropinquare Ablegatos certior fit, *Abusiam* proficiscitur, ut è via aditum in Urbem divertat, evitétque oblatam interpositionem.

43
Legatio
Batavorum.

Quinto nonas Octobris egressi *Zutphaniâ*, postquam *Borculoæ* pransi sunt, sub crepusculum appulsi *Vredenam* ab Antistita loci per aulae suae Praefectum *Henricum de Spittael* Satrapam *Eltinensem* perhumanè ad cœnam invitantur. Erat hæc ex Comitibus de *Salm & Reifferscheid* *Maria Sophia*, *Eltinensis* pariter & *Borghorstenis* Abbatissa, quæ post varia præclare fundata, ordinatâque, dirutam à seculo Ecclesiam *Eltinensem* ære proprio restauravit, & condito postea testamento, cum immortalis nominis gloria ornavit, dotavit, hæredem instituit, ineq; supremæ voluntatis suæ creavit Executorem. Legati *Abusiam* postridiè digressi cœnâq; ex itineris lassitudine excusatâ, die quintâ *Abusie à Prin-*
Octo-

Hi Zutphaniâ
Vredenam.

Abusie
à Prin-

Octo-